terræ uim mouēdi retinet luna. Nam tunc ascendunt aquæ pariter atq; luna ab ortu ad summū cōtendente. Nec tamē: ut confitetur: radiorū uis ulla mediam terram penetrare potest. Hoc igit' ipse ita dissoluit. Cælum inquit supremū: siue octauum: siue nonū necessario densum est: quādoquidem terminat uisum: qui dēso tātūmodo terminat'. Proinde lunares radios illuc protēsos ad partē aduersam reflecti necessarium est. Idcirco si ab occidēte luna ad imū terræ mouetur uirtus eius in quadram aliā cæli uigebit oppositā facitq; reflexo radio: quod faciebat ab oriēte pgens ad summū: hoc est Bacconis inuentū: in quo adeo sibi placet: ut primum se accessus atq; recessus in oppositas quadras rationē reddidisse glorietur: cum sint tamē in eius dictis tot pudenda errata quot uerba. Primum contradicit nō dixerim experimento: sed Aboasari certe cuius se facit interpretē: qui uigore accessus esse tradit: cum ad summū cæli luna puenerit. nec prius remitti q̄ cœperit illa descēdere. Contra Baccon quo magis pximat summo luna remitti putat accessum dissolutis uaporibus lumine calidiore. Nec uidit lunæ lumen: ita nunq̄ intendi: ut marinas exhalationes, ne dum possit cōsumere: sed nec suscitare tantas quātis opus est in cōmouendis accessibus. Quod si perneget cōtumacius: illud fateatur oportet uel inuitus: aliquot dies circa nouiluniū nullos futuros æstus oceani: siquidem eo tempore aut nullū: aut adeo tenue lunæ lumē: ut nulla possit quauis impudētia, dici par procreandis in mari tot uaporibus hisdemq; etiā dissoluendis. Postremo cur nō fortiores radii descēdentis q̄ ascendentis? Cur descendens reuocat aquas, effundit ascēdens? curq; nō imbecilliores a summo parū declinantes, q̄ tunc primū exorientes? cur ibi recessum, hic accessum facit? Siquidē quēadmodū ipse sentit radiorū uigor intēsiore calore reprimit accessum: quoniā eorūdem debilitas auget. Deniq; quis credat reflexis radiis lunæ, sub terrā decurrentis, inesse uim tantā, ut possint etiam suscitatos uapores absumere: aut si id nō possunt, quæ causa recessus luna delata sub finitorē fundamēto Bacconis: quāobrem luna decedente decedāt, quæ accedant exoriēte? Habeat ergo Baccon hæc sua sibi cōmenta: nos si ptinet ad lunam talis effectus, ad eius id motū referamus: quem tacito naturæ cōsensu oceani motus imitat': quare ascendit cū ascendēte: descendit cum descendēte. Quod qui dicit Thomæ placuisse uidet' in libro de occultis operibus naturæ: Nec putemus hos æstus auctionē aquarū esse uel iminutionem: Sed ꝓ ipsæ exprimūt uoces accessum atq; recessum, nō aucti uel imiuuti: sed extendētis se maris ascēsu: descensuq; cōtrahentis. Dicimus autē hæc de noctis æstu atq; diei: nam si qua maria sunt (ut est scriptū a quibusdā) posita semp in accessu dū augetur lunæ lumen: a coitu. s. ad pleniluniū. rursus in recessu cū diminuit' a plenilunio usq; ad coitū: nō sequūt' illa lunæ motū in sphæra: sed motū ut sic dixerim: luminis in luna, decrescētis in ea pariter, & crescētis: cuius uariatio potest eū quoq; qui fit quotidie nōnihil uariare. Sed nō cōsentiūt traditæ sup hoc obseruationes: Nā & ægyptii & qui nauigāt ad occidentē: a meridie primi diei mensis lunaris: ad undecimū usq; diem uigorari dicebāt accessum: ab undecima ad decimāoctauam, partemq; diei sequentis, debilitari. Inde ad uigesimāsextam rursus intendi remitti subinde usq; ad mensis initiū. Quotiens autē accessus maior, minor recessus: & cōtra cōmutata ratione. Sūt alii qui dicant uerū hoc deprahendi in fluminū aquis de fontibus decurrentiū quæ memoratis diebus aliis extēduntur, aliis cōtrahant' ad ca-

Cōfutatio Bacconis.
Prima rō
Secunda ratio.
Tertia rō
Quarta
Quinta
Opinio alia.
Thomas

pita. De mari uero proditũ aliter ab orientalibus: qui nec inter se cõsentiunt: nam sunt qui tradũt primo ultimoq; decano mẽsis: accessus imminui: medio/crescere: quod eã habere uidetur rationẽ: ut pleniore lumine crescãt: defectiore decrescant. Alii nõ esse pluribus diebus ꝓpetuũ: ut uel augescãt accessus: uel deficiant: sed aut una aut altera die fieri: siue cũ intendunt: siue cũ remittunt. Aboasar quattuor facit uices in hunc modũ primã post coitũ cũ recedere incipit luna quousq; fit semiplena: tũ ait accessum imminui ea ꝓportione qua discedit a sole luna: ut cũ uenit iam ad quadrangulũ debilissimi sint: secundã inde usq; ad pleniluniũ: quo tẽpore gradatim intenduntur: ut ad summũ perueniat: luna plena: tertiã a plenilunio donec iterꝝ fit diuidua/decrescẽte simul accessu cũ lumie: quartã inde ad coitũ: Tum uero uehementiores subinde fieri accessus ita ut coeunte luna sint uehementissimi. Sed hoc nullam habere potest rationẽ: siquidẽ luminis hæc differentia (qd' ad propositũ attinet) multũ/paucũ/lumen: crescens/& decrescens. Si uel multa uel crescente luce fit accessus quarta fallitur obseruatio: si pauca uel decrescente secunda: Si multa sed decrescẽte fallitur tertia: Si pauca crescẽte fallitur prima. Verꝝ quæcunq; potius recipiat' harꝝ traditionũ patet nihil nos cogi nouã cõminisci potestatẽ in luna præter motũ & lucẽ: quare mare cõmoueat/quãdo ꝓditæ omnes in accessibus maris recessibusq; diuersitates: uel a motus diuersitate scandentis syderis uel declinantis: uel a lucis damnis & incremẽtis euidẽtissime causam habere possunt.

Aboasar

Contra Aboa.

Caput XVI Galeni sniã de creticis diebꝰ eos ad lunã referentis cõfutatur.

c Risimos quos latine iudicatorios dixeris ad lunã referri tã falso q̃ superstitiose equidem non dubito: quod latius est declarandũ. Galenus auctor inter medicos istiꝰ opinionis/tertio libro de diebꝰ creticis duplicis meminit lunaris influentiæ: quarꝝ altera sit a sole cuius accipit luna lumẽ: altera a signis obliqui orbis quæ motu ꝓprio singulis mẽsibus permeat luna. Tum ponit ex sententia astrologorꝝ quasiq; experientia cõprobatũ: in oppositis locis: atq; quadrangulis magnas a Luna cõmotiones excitari, quod tã in habitudine eius ad solem: q̃ etiã ad signa nulla solis habita ratione/uerꝝ esse contendit: ad solem quoniã cum fit Luna diuidua (fit aũt in quadrangulis fere locis a coitu) rursusq; cũ implet': quod in oppositis locis est: aeris statum & tẽpestates immutet. Ad signa per hũc modũ: ut quicquid cœperit posita Luna: uerbi gratia: in Tauro semp accidat in ea re mutatio/cũ peruenerit Luna deinceps ad Leonẽ/ad Scorpiũ/ad Aquariũ: quæ sunt loca Tauro tetragona uel aduersa. Confirmat hoc auctoritate Aegyptiorꝝ asseuerantiũ si in alicuius genitura Ariete (qd' pro exẽplo fit) stellæ fœlices insederint/natum bene se habiturũ quotiens Luna aut Taurũ/aut quadrata signa uel opposita permeauerit: contra male si infelices. Hinc putat Galenus creticorꝝ dierꝝ causam fieri euidentissimã. sunt enim præcipue cretici septimus & quartus decimus: peruenit aũt Luna septima die ad signum ab illo quartum: quod tenuit inchoante morbo: decima uero quarta ad signũ oppositum/cum septem & uiginti diebus & tertia fere diei parte/restitutionem suam absoluat. Cum igitur Luna in his locis quadrangulis .s. & aduersis citet cõmotiones/efficit per hos dies septimum .s. & quartũ decimũ: quibus ad ea loca peruenitur. ut morbi quoq; tumultus excitetur. Ad salutẽ quidem ægritudine ꝓspera ad mortẽ pernitiosa. Quoniã uero putauit Galenus cum is diem uigesimũ creticum esse non uigesimũ primũ quod credidit

Archigenes elaborauit reddere rationē qūo ipse quoq; uigesim9 dies/septim9 esset. Et primū hoc nec absurda nec difficili ꝓbatiōe mōstrauit. Nā cursus qdē lunæ die/bus septē & uigintiocto horis adiectis cōsumat'. Q d' si in q̄ttuor ebdomadas par/tiaris erit ebdomada quælibet ex diebus sex horis uiginti: Q uare ebdomadæ tres dies hēbūt. xx. horasq;. xii. quo circa uigesim9 prim9 dies hoc ē ebdomadic9 terti9 ī lunari cursu/ptī ad uigesimū diē naturalē ptī ad. xxi. ptinebit. Nā ei9 horæ. xii. ui/gesimū terminabūt. reliquæ primū & uigesimū incohabūt. Atq; ita fiet cretica cō/motio die uigesimo pueniēte luna ad secūdū q̄drāgulū/ī ebdomada. s. tertia. Rur/susq; eādē nō effugiet rōnē/si ad uigesimā primā naturalē diē differat/q d' ī acutis solet ægritudinib9 euenire: sicut illud ī diuturniorib9 hoꝝ ambitu qdē ꝑ pares: illa/rū ꝑ īpares nūeros discurrēte. Hoc postq̄ dixerat ipse Galen9 q d' deinde q̄si ꝓpriū inuētū rettulit apponēsis/nouū cōmētū excogitauit ꝑ q d' nō paria faceret cū Ar/chigene cretico influxu ad diē utrāq; ꝑtinēte. Sed colligeret' uigesimā totā eē cre/ticā/uigesimā primā nō eē. Sic igit' cōmētus est tēpus quo ad solis coitū luna redit dies uiginti nouē: horæ duodecim: q fere uulgo mēsis existimat'. Demamus dies q/bus luna nō apparet obruta soliis radiis: qm̄ tū uim ꝑmutādi īferiora nō habet: re/liq erūt dies uiginti sex: horæq;. xii. Fere. n. tres dies occulit': atq; hos dies q d ē spa/ciū lucētis lunæ dieb9 adiiciam9 qb9 ꝑagrat signa quos uiginti q̄ttuor & horas ui/ginti cōputat: erit sūma dies qnq̄ginta tres & horæ uiginti: quoꝝ medietas dies ui/ginti sex & horæ uiginti duæ. Hoc spaciū cogitauit Galenus mēsura nō irrōnabili positiōi dieꝝ creticoꝝ: q d' cū uideret dimidiū solū dieꝝ qb9 luna cū ꝑmeat zodia/cū/tū a sole illuminat' q̄si tū bis in se lunaris influx9 ptātes cōplecteret': & quæ. s. est a signis: & quæ a sole: quaꝝ utraq; fieri cōmotionē ī morbis eēt uerisimile. Di/ctus hic postea nūer9 a posteriorib9 ex Galeni auctoritate mēsis medicinalis: sicut eū q ex dieb9 uigintinouē cōiūctiōis: q ex dieb9 uiginti sex/horisq; duodecim ma/nifestæ uisionis: q ex uigintiseptē & tertia diei ꝑte ꝑagratiōis mēsem uocāt. Ex hoc aūt inuēto q d' uolebat Galenus assequebat' aduersus Archigenē. Nā si totus mēsis dies. xxvi. horæq;. xxii. erūt ebdomadæ hui9 mēsis singulæ ex dieb9 sex horisq; de/cem septē & dimidia ꝑte horæ: q̄re medietas mēsis dies tredecim & horæ undecim: septimæ igit' diei naturalis primæ horæ usq; ad decimā septimā/ad septimā quoq; medicinalis mēsis diem spectabūt: Propterea q; erūt cretice: reliquū diei ad octauū medicinalē diē ꝑtinebit: decima q̄rta dies naturalis undecim tātū hēbit primas ho/ras ex postremis decimæ q̄rtæ medicinalis: cui9 añcedētes horæ. xiii. cū decia tertia die naturali cōputabūt'. Tertiā uero ebdomadā medicinalē cū sit ebdomada quæ/libet dieꝝ sex horaꝝ decē & septē cū dimidia: patet terminari ī uigesima die natu/rali: tm̄ q̄ttuor horis & dimidia ꝑte horæ supexcrescētib9: quæ in uigesimū primū referūt'. Atq; ita cōficit' q d' Galenus īprimis optabat: & cui9 gr̄a hoc totū cōmētū fabricat9 est: ut dies uigesima longe magis q̄ uigesima pria ebdomada cōsequētiq; rōne cretica putaret'. Hūc sibi gratis laborē sūpsit Galenus. Neq;. n. oportuit: nā satis ex mora ꝑagratiōis zodiaci dies. xx. cretica defēdebat': præsertim cū nō neget ipse uigesimā quoq; primā eē creticā: qn & plerūq; ī acutis morbis: Neq; uero nos ista rettulim9 ut iter Archigenē Galenūq; arbitraremur/præscriptū egrediētes: sed ne cū referri dies creticos ad lunā nō posse demr̄auerimus siue receptā a sole/siue a signis uirtutē ī ea cōsiderem9: putaret q̄spiā nō plene satisfcm̄/q d' mixtū q̄si quēdā

influxũ Galenus introduxisset:qui præcipue dies creticos excitaret. Nõ enim hoc aut Galenus forsitan fecit:aut si fecit facere th rõnabiliter potuit. Nã si cũ illo dicamus lunã in quadratis loco alicui primordiali signis & oppositis cõmotiones suscitare:rursusq; cũ quadrangulis & oppositis solis radiis illuminat:non possumus hos a Luna euentus expectare præterq̃ his tẽporibus/qbus altero illoꝝ modoꝝ se habet si de illis scilicet causis euentus expectat. Nã si utroq; tẽpore parit tales effectus pro cuiusq; tẽporis habitu/& cõstellatione/credamus misceri utriusq; cõstellationis uirtutẽ in eo tpe quo nulla illaꝝ cõstellationũ inuenit/nõ alio argumẽto/q̃ q; tẽpus illud medietas sit summæ utriusq; tpis simul cõnumerati: nõ scimus nos esse nõ sumus etiã inter & horestes. Quare si Galenus in ebdomadis istiꝰ sui mẽsis medicinalis & eius medietate/uim istã excitatricẽ esse putat: nõ aũt in ebdomadis aut medietate mẽsis quo uel a sole luna illuminat/uel zodiaci signa pcenset/inuehit nobis/cũ uis illa excogitati mẽsis ad astrologicos nullos influxus redigi possit/hoc est nec ad q̃drata uel opposita signa nec ad q̃drangulares oppositasue lunæ cũ sole figuratiões. Nã seruari cõflariq; hoꝝ uirtutẽ in eo tpe quo ista nõ sũt/nimis ut dixi absurdũ & cõmentitiũ:nec q defendere Galenũ uoluerũt simulq; creticos dies lunæ cursibus coaptare pmissis stare potuerũt:sed nũc qdẽ hoc:nũc illud tuentur: nũq̃ utrũq; simul:quærat.n.cur q̃rtadecima dies cretica sit/ad lunæ cursus pagrationisq; mẽsem se recipiẽt. Quoniã p eã diẽ ad opposita signa luna deueniat. Hæc ratio parti mẽsis medicinalis q̃drat. Siqdẽ ebdomada eius secũda in diẽ.xiii.naturalẽ recedit:supsuntq; ex ea horæ.xi.tm̃ ad q̃rtadecimã ptinẽtes. Est.n.ut diximus ebdomada quælibet mẽsis Galeni dieꝝ sex/horaꝝ decẽ & septẽ cũ dimidia:quare dies decimatertia plus cretica erit dicẽda q̃ q̃rtadecima:cũ illa horas tredecim creticas:hæc tm̃ undecim hẽat:hic ergo relicta uirtute mixtionis & factitii mensis/ad pagrata zodiaci spacia cõfugiẽt. Cõtra ut uigẽsimũ diẽ creticũ faciãt mẽse Galeni nõ pagratiõis utunt. Sed & siqs ægrotet pridie q̃ Luna coeat:habeatq; diẽ septimã creticã:qũo id erit ex ifluẽtia ptãtis/tã a sole receptæ/q̃ a signis/cũ maximã ptẽ eo rũ dieꝝ sicuti ñ uiderit ita solari uirtute Luna nos nõ affecerit auctore ipso Galeno. Necesse igitur hic quoq; eos ad signa se cõuertere:quoꝝ solus influxus ex quadrati uirtute creticã illi septimã diẽ fecerit. Mitto q; oino factitius ille Galeni mẽsis nec naturæ moneta pcussus.ita enim excudit q̃si tres dies Luna semp a sole obtegat. Sed & mane qñq; cõspicit priusq̃ sol exoriat:& uespere eius diei nouaculari facie: qd & expiẽtia indicat & testat Alphraganus:tũ de spacio quoq; lunaris motus ita determinat:quasi semp eodẽ passu moueret:nõ aũt uelociore interdũ:interdũ tardiore:qd in astronomicis supputationibus demõstrat. Habeat igit suũ sibi Galenus mensem quẽ ne nobis importunius ingerat cõcedamus illis quos mauult dies esse creticos Archigenõ repudiãtes:eos ego nullis lunæ cursibꝰ regi firmite assero. Siue acceptã a sole/siue a signis uirtutẽ æstimemus:nã ea quidẽ quæ a sole solida & naturalis(ut declarauimus)sed ad eã cretici dies ptinere nõ pñt/nisi nos morbi semp in nouilunio aggrederent:alioqn nec diei septimæ Luna dimidia: nec quartadecimæ plena rñdebit:in qbus q̃drangularis & aduersa solis cõfiguratio ciet humores. Restat ea quæ a signis. Hæc uero cũ nulla ẽ/ut sequẽtia declarabũt:tũ si q̃ foret ad creticos dies nullo mõ spectabit id qd ipsi dicũt. Nã si argumẽtant ab expiẽtia die septima fit cõmotio. Rursusq; q̃rtadecia & p hos dies in q̃dratis est signis

Prima rõ

Scda rõ.

Tertia rõ

Reflexio argumti.

Luna uel in oppositis ex hac igit signorꝝ pmutatiõe illæ sequunt cõmotiones. Nos cõtra sic: die septima fit cõmotio rursusq; q̃rtadecima: nec p hos dies plerũq; uel in q̃dratis est Luna locis uel oppositis. Nõ igit de hac signorꝝ pmutatiõe cõmotio illa suscitat: utra pars ueriorib9 nitat assũptiõib9 nemini dubiũ: cuius lunares motus penit9 nõ ignoti. Nã cũ inferiora pmeãs epicycli ueloci9 Luna fert, sexta die ad q̃drata signa ptingit: & decimatertia iterdũ ad opposita. Cũ uero supiora tardi9 circũfertur, nõ priusq̃ die octaua uel nona q̃drangulari fit loco. Q d si rndeãt ob hãc cãm iterdũ illas quoq; dies creticas fieri: aliqd diceret si cũ lunæ cursus est tardus: tũc octaua uel nona die cõmouerent humores. Cũ uero uelox sexta: cũ medio quodã modo se hẽret septima. Verꝝ nõ hoc obseruatio docet: sed usu frequẽter euenit ut Luna qdẽ pigriore septima det iudiciũ interdũ & sexta: cõcitaciore uero differant cõmotiões ad octauã & nonã: qd aduertẽtes plurimi medicorꝝ pnegarũt hũc ordinẽ in morbis a natura seruatũ, a lunarib9 cursib9 depẽdere: Nec q aliter pdiderũt qcq̃ induxit q̃ uel amor astrologicarꝝ rerꝝ, uel auctoritas Galeni. Q uæ tñ in hac re q̃tũ hẽant põderis: mox dicemus.

Falso opinionem Galeni a scribi Hyp. & Aui. Celsus. Asclepiades.

Falso aũt qdã ex Neocterícis hoc quoq; Auicẽnã & Hippocratẽ opiatos tradũt. Nã Hyppocrates qdẽ nusq̃ sup hoc uerbũ. Sed hũc potius ordinẽ rettulisse nixus ad nũeros quos libẽter obseruare natura soleat id qd Celsus Asclepiadesq; notarũt: Auicẽna cũ meminisset opionis referẽtis hæc ad lunã: multa inqt i his dictis ãbiguitas. Tũ qõnẽ reiecit: ut cui9 pscrutatio ad medicũ nõ spectaret: qn illi poti9 eẽt impedimẽto. Valeat igit Galeni auctoritas apud nos ubi decernit q dies cretici sint, quoq; pacto tractãd9 æger, cũ uel apparẽt uel præuident. Nã hoc medici offm in q̃ pfessiõe præcellẽtẽ Galenũ uereq; diuinũ cũ doctorꝝ cõsensu pbamus: & admiramur. At cũ cã inuestigat eorꝝ dierꝝ q altioris hoc opus phiæ, nõ modo præiudicii: sed nec maioris testimonii loco snia fuerit Galeni.

Qualis Gal. i litteris quibusq; i rebus eidẽ sit credẽdum Moses Auicẽna

Q ñ qd Moses Aegypti9 & Auicẽna, magni uiri: magniq; i medicina Galeni fautores tradũt, plus ramis sciarꝝ reliq̃rꝝ q̃ radicib9 inhæsit. Sane ridet a dialecticis figura ei9 q̃rta syllogismorꝝ, & in phia tã sæpe pterret: & ualidissimas nõ psentit rõnes ut philosophicũ i eo iudiciũ desideret a multis. Nõ põt itelligere, quonã pacto supstite aia & imortali cesset ab ope: cerebro tñ nõ dissoluto, fatigatũq; a se ait hac qõne Platonicũ quẽdã: q̃si naue soluta supstes nauta nõ cesset a nauigatõe. Nec intelligit qd a phis demrat: uniuersales rerꝝ notiões ab intellectu tñ nro cõprehẽdi nec a brutorꝝ ẽt igenio: in tpis cognitõe qd hæsitet nõ est tpis hui9 narrare. Neq; n hic de Galeni phia, tñ hæc delibauim9 quo Moseos & Auicẽnæ iudiciũ sup eo cõfirmaremus: simulq; caueret ne cui illius auctoritas iponeret in accipienda supstitione. Nam in hac ipsa de qua agit astrologia parꝝ illũ peritũ, lunaris motus supputatio docet. Nec eũ defendit aliter Apponẽsis q̃ q eius ætate nõdũ cælestiũ motuũ ratio ad liquidũ fuerat explorata. Sit igitur illa fides in medicina q̃ta maxime esse potest: qd ad doctrinas alias attinet: cautius agẽdũ cũ homine meminerimus. Examinandũq; diligentius quæ tradiderit, an experientiæ, an rationi, an sentẽtiis cõsonent aliorꝝ. Et quidẽ quæ de creticis pdidit diebus ea parũ rebus ipsis cõsentire pbauimus: eadẽ nec rationis habere colorẽ palam fiet inspiciẽtibus. Nam quæ ratio lunã cũ ad signũ ab eo loco quartũ puenerit uel septimũ in quo fuerit inuadente morbo suscitare in humorib9 agitationẽ? Galenus negat rationẽ se dicturũ: sed Aegyptiorꝝ prætẽdit auctoritatẽ: nos illi sextum suũ de simplicibus medicinis

librum ad memoriã reuocabimus: In quo delirii notat Aegyptios: quoꝝ quoq; cur apud nos uacillet auctoritas postremis duob⁹ libris ĩnotescet. Nũc illud dixerim⁹ obseruari ꝑ hos lunæ cursus corpoꝝ mutationes fideliter ab Aegyptiis nõ potuisse q̃bus nõ erãt lunæ cursus fideliter cõperti: Primus.n. Hypparcus in Rhodo insula certius illos obseruauit/licet nõ attigerit tñ ueritatẽ: cui ꝓpius accessit deinde Ptolemæus: q̃q̃ Hyspanoꝝ rursũ astronomoꝝ desyderiũ non ĩpleuerit: Neoterici rõnẽ excogitarũt nõ mõ nõ cõsentientẽ ueritati/sed nec positioni quã tuent̃: nec Galeni dictis quæ sequunt̃. Est aũt huiusmodi: Signa quadrata uel opposita cõtrarias hñt qualitates: Quadrata uel utrasq; uel agentes saltẽ: ut Aries quidẽ a Cãcro dissidet utraq; qualitate qñ Aries signũ calidũ & siccũ: Cãcer humidũ & frigidũ: a Turus a Leone nõ utraq;: nã sicco cõueniũt: sed agẽte q̃litate discordat/frigido Tauro/calido Leone. Discordãt item signa opposita semꝑ altera qualitate saltem: tũ decãtatũ dicũt ab astrologis quadrãgulas & diametras radiatiões cõtrarias esse atq; pugnãtes: his positis ita colligũt/cũ ꝑuenerit Luna ad loca illis quæ tenuit ĩuadẽte morbo inimica/cõsequi ut inter morbũ atq; naturã pugna exoriatur: At nos suppositis quæ dicũt ita eos alloquemur: cur creticos dies Luna faciat hanc esse putatis cãm: qm̃ si in Tauro/uerbi gratia/fuit cũ naturã morb⁹ occupauit: debet cũ ad locũ cõtrariũ uenerit cõtrariũ effectũ facere: faciet igitur ut natura cõtra morbũ assurgat: unde pugna & iudiciũ ad alterutrã partẽ uictoriæ declinantis: erit aũt in loco contrario cũ ꝑuenerit ad Leonẽ uel ad Scorpium: sed ad Leonẽ die septimo ueniet: ad Scorpiũ quarto decimo. Per hos igitur dies bellicũ canet morbo atq; naturæ. Sed cur nõ idẽ faciet die tertia ueniẽs ad Gemĩos plus a Tauro Leone discrepãtes? Cur nõ duodecima aut decimatertia ueniens ad Librã/cũ q̃ rursus Taurus minus cõsentit q̃ cũ Scorpione? Cur nõ decima q̃nta subiẽs Sagittariũ dissedentẽ a Tauro/sicut Scorpius dissidet atq; Leo? Scio q̃d rñdebũt/nõ esse inter hæc signa aspectus colligationẽ. sed nõ alio aduci ego eos uolebã: nõ ut istã aspectuũ rõnẽ nullam esse obiicerẽ q̃d libro sexto sum⁹ facturi. Sed ut oñderem⁹ ẽt si sit aliq̃/nõ tñ deseruire ꝓposite quæstioni. Nã illa q̃dẽ ĩter duos planetas obseruat̃: quoꝝ radios nõ putãt ad cõplendũ eũ posse cõuenire/siue cõcordẽt siue discordẽt: nisi talib⁹ inuicẽ sibi interuallis cõfigurent̃/exagono/trigono/q̃drangulari/atq; diametro. At uero hic Lunã planetis aliis nõ cõfiguram⁹: sed id solũ aduertimus ut ad locũ cõtrariũ deferat̃ illi quẽ prius occupabat. Quãq̃ aũt positã stellã in Geminis stellæ positæ in Tauro negabũt astrologi per aspectũ colligari: nõ tñ hunc locũ esse illi cõtrarium denegabũt. Quod si facit effectũ primo cõtrariũ Luna q̃a ad locũ cõtrariæ deuenit qualitatis: cur si in signo frigido & sicco morbũ excitauit/in calidis humidisq; collocata naturam aduersus morbũ non excitauit? siue illud signũ sextum siue secundũ/siue alio numero quẽ malueris cõputetur? Ridiculũ hoc omnino/nec q̃d ab homine dici possit ueritatẽ potius spectante q̃ defendente positionem. Quod si cõtendant in his aspectibus uim cõsistere: debent ex cõsequenti illud quoq; concedere/Lunam cum ad tetragona signa peruenerit morbũ confirmaturã: quoniã sicut quadrata signa discordãt/ita trigona cõcordãt? Cur igitur si trigona signa suscitant naturã ex contraria qualitate ad signũ ægritudinis eadẽ ratione trigona ex cõcordi morbũ non excitabũt. Ad quæ cũ Luna undecima die fere deferatur: erit undecima noxia statuẽda: quæ tamẽ a medicis inter salutares creticas numeratur.

Rõ Neoteri.

Deniq; erit manifestissimũ cõsiderãti traditas creticoꝝ dieꝝ obseruatiões a medicis ex lunæ motu rõnẽ hr̃e nõ posse: nã malas qdẽ cõmotiões his fieri dieb9 dicũt: sexta: octaua: duodecima: decima: decima sexta: decima octaua. Reddãt hoꝝ rõnẽ ex luna si pñt: nã sexta qdẽ & octaua sæpius fieri bonas cõueniret ut dicebam9, ꝓueniente ꝑ hos dies ad tetragona luna. Sed cur oĩno male decima uel duodecima: qbus nõ fit luna in locis aspectu aliquo cũ ægritudinis signo colligatis? Cur salutaribus annumerant̃ decima septima, atq; trigesima? Sed & quæ rõ penes lunã q̃ternos quosq; dies uim hr̃e citra uigesimũ: ultra uigesimũ septenos nõ q̃ternos ut uigesimũ septimũ: trigesimũ quartũ: & q̃dragesimũ primũ, quẽ cũ excesseris, uigesimi cretici inueniant̃: ut sexagesimus & octuagesimus tũ centesimus ac uigesimus: cur inde circuitũ mẽsiũ & annoꝝ: quæ oĩa sicuti nõ hñt a luna cãm ita nec hr̃e pñt a sole, nec ab alia quaq̃ cõstellatione: cũ nõ ille statis diebus statæ quoq; uel similes, uel cõcordes inueniant̃: sed uariãt mirũ in modũ, nec ordinẽ ullũ seruant q possit huic ordini rñdere in morboꝝ cõmotionibus a natura maxĩa ex ꝑte custodita, ut demirari liceat apponẽsem q malitiã sextæ diei quã Galen9 cõparat tyrãno, sicut septimã regi redigi ait posse, ad hoc ꝙ luna cursu uelociori ueniat ad tetragonũ: sui nimis ĩmemor q fieri salutares in septima die ægrotationes dixerat ob q̃drati naturã: quæ. s. morbi signo aduersaret̃. Q ũo igit̃ nũc ex q̃drato quoq; malitiæ sextæ reddit rõnẽ? Patet igit̃ hæc oĩa causas hr̃e alias: sed fefellit eos ꝙ ĩ septima die & q̃rtadecima uidebat̃ cõuenire: q̃q̃ nec ibi ut diximus cõuenit. Sed hũc ꝑ septẽnarios ꝓgressum, uidemus alibi quoq; in naturæ opib9 obseruatũ, ubi nulla suspicio de lunæ motu uel solis: ut in ipsis quoq; morboꝝ ꝑiodis: cũ sicuti septimo die acutæ ita diuturnæ: ut scribit Auicẽna: sæpe septimo mẽse: septimo ãno: q̃rtodecimo: uigesimo primo, solent terminari. Nec ꝓbo tamẽ qui suꝑstitiose numeros hic obseruãt: sed ita naturæ dico cursus impleri plerũq; in rebus, nõ ob cõstellationes ad hæc tẽpora cõparentes (neq;. n. reperiunt̃) sed ob occultã ꝓprietatẽ conditionemq; reꝝ illaꝝ qbus ita plerũq; usu uenit. Sic. n. natura cõparatũ uidemus: ut qđ scribit ipse Galenus ꝑ dies impares acuti morbi moueant̃. Q ui uero lentiores diuturnioresq; per pares. Redige hæc ad lunã: redige ad solem stellasq; si potes? Cur igitur cõmotionẽ septima dies in acutis morbis ad tetragona signa ꝑ quæ luna ferat̃ referam9? cũ nec illud præsertim sit ꝑpetuũ: sed & qdã ex iunioribꝰ cõtra Galeni aliorũq; opinionẽ ad lunã cõfugiẽtiũ hoc loquunt̃. Siqs luna posita in ariete, decũbat creticã hr̃e diẽ octauã debet: q̃re tũc ad cancrũ q̃dratũ luna deueniat. Rñdẽtq; ita qdẽ fieri debere hĩta rõne motus lunaris: sed in septima fieri cõmotionẽ ꝓpter naturã morbi qui acutus cũ est, ꝑ ĩpares mouet̃ usq; ad diẽ q̃rtũdecimũ. Postremo quæ de creticis diebus uere sunt obseruata a medicina, nõ solũ res astrologica firmat: sed infirmat: ut sit maximo argumẽto corpoꝝ affectiões a cãis nõ depẽdere: quas astrologi ĩtroducũt. Nã si status in his dieb9 ordo nõ esset: sed nũc hæc qdẽ: nũc illa cretica: rursusq; inter creticas alia alio tꝑe noxia salutaris inueniret̃: nulla nos ad inuestigãdũ cãm admiratio suscitaret sola materiæ diuersitate mutabili nobis satisfaciente: sed cũ certi dies nõ semꝑ sed plerũq; tamen cretici: & qdã plerũq; ad uitã: qdã ad mortẽ: uidet̃ hic ordo cãm desiderare certã raroq; mutabilẽ. Galenus hinc cõseq in cælestib9 cẽ cãm quæ sũt corꝑa rato stabiliq; ordine se mouẽtia: qa pñt effectũ ratũ stabilẽq; ꝓducere. Mihi cõtra uidet̃ hĩc patere de cælestib9 cãm hmõi ẽt nõ posse:

Vide pudendum errorem Petri Appon. cõciliatoris Processus naturæ per septẽnarios Auicẽna Galenus.

Galenus Dies creticos si fiant a cælo nõ esse ĩmutabiles.

qm̄ si inde esset alias alii cretici forēt.nec qui apparet in eis ordo seruaret̄.Nam si Luna Marti Soliue iūgeret̄ citaret influxus cōmotionē:si Saturno tardaret.Sed & coitus luminariū diē morbi ꝓxīe añcedēs foret inspiciēdus:tūq; si dn̄s eius loci in quo coisset orientē teneret/cito fieret cōmotio:sero si occidētē:sed & sydera recto motu ꝓcedētia uel ī mobilibus signis posita ueloci⁹:cōtra uel retrocedētia uel in fixis locata tardi⁹ morbo naturæq; bellicū canerēt:quæ nec cuiq; ægrotāti:q̄q̄ hisdē cōstellatōib⁹ similiter cōuenirēt:sed aliter aliis pro genituræ ipsoꝝ cōditiōe. Mitto figurā cuius angulos obseruādos præcipit Ptolemæus fœlicibus/an infœlicib⁹ radiis deriuent̄:ut inde de morbo prænūciemus:qd̄ qdā ignorātissimi credūt ad creticos dies ꝑtinere.Quæ si oīa medici ab astrologis haberēt nō plerūq; quos uoluit ars medica:sed alias alii forēt cretici dies:Nec illud eēt statū:ut sexta dies tyrāna crudelitate ꝑimeret: septīa regia benignitate liberaret.Sed & cōstellatiōib⁹noxiis septīa:& salutarib⁹ ēt sexta nūeraret̄.Qd̄ si eueniat īterdū nō a cælo esse dici debet ubi cām quærūt ei⁹qd̄ cū ordine:& fere semp cōtīgit:sed ī materia poti⁹redigi debet ꝑticularēq; aliquā laborātis hoīs ꝓprietatē.

Caput XVII Periodos humoꝝ ad sydeꝝ motus nō esse referendos

Primus modus.

Sed nec periodos humoꝝ in febribus credat quispiā ad sydeꝝ motus referendos:uti gratia exēpli bilis atra diebus duobus cesset/q̄rto suscitet̄ qm̄ sub Saturno sit cuius motus aliis tardior. Nā qua rōne sanguis ad Iouē relatus ab astrologis iugiter putrescit nulla pausa:cū nō Iuppiter tn̄ omniū uelocissimus? qn potius si tēpus restitutōis extimet̄ omniū tardissimus post Saturnū. Cur itē motus rubræ bilis ascriptus Marti? paulo segnior atræ motu:cessat enim sex horis minus:cū ille oris octo & q̄draginta:ipse sex & triginta sopiatur:multo aūt Saturno uelocior stella Martis. Præterea decretū est astrologoꝝ opa stellaꝝ tardi motus quo tardiora sunt eo magis esse diuturna:cū igit̄ si pituitæ motus citius redit q̄ rubræ bilis:nā ille post sex horas:hic post sex atq; triginta:qm̄ Lunæ motus excitās pituitā uelocior motu Martis colerā excitante.Cur inq̄ si hoc uerū nō diuturnius afficit agitatio colere q̄ pituitæ? seu illa horis tm̄ duodecim:hic aūt decē & octo. Debēt eni(si stamus in præceptis astrologoꝝ)diuturniora esse opa Martis q̄ Lunæ:siqdē huius uelociora q̄ illius. Quod si rursus hos oēs periodos ad Lunā solā uolumus referre:utpote prædominātē in oēs humores hæsitabit nihil minus astrologica ratio cui nitunt̄. Nā pituita inquiūt qm̄ Lunæ aquæq; cognatione aquaꝝ fere motū imitat̄ illefluūt & refluūt mora media intercidēte:sed exigua/q̄lis inter rectos motus necessario cadit. Sic pituita sex tm̄ horas integras relinqt. Veꝝ potuit sanguini magis hæc cōuenire/cuius sicut aquæ cōtinu⁹ æstus inuenit̄ in qua morula accessum dirimēs a recessu nō bene sex horaꝝ rn̄det interuallo:quo totus ipse uel fluxus agit̄ uel refluxus.At in sanguine maior poterit eē similitudo cuius motū ītercipi in sensibilib⁹morulis ipsi nō ꝑnegāt assertores huius opinionis.Sed reliqua ꝓsequamur.Atra inquiunt bilis qm̄ a natura plurimū aquæ discordat/ita contrario pituitæ modo mouetur:plurimū.s.cessans ad dieꝝ usq; duoꝝ integritatē. Sed mihi quidē uidetur plus aquā habere cū terra cōmunionis q̄ cū igne siue locū aduertas siue qualitatē siue motū:quibus nulla alia pōt cōditio præpōderare.Erit igit̄ idem iudiciū de humoribus ad elementa relatis:ut magis a pituitæ motu diuersus esse debeat motus rubræ q̄ atræ bilis. Verum nec

Secūdus

Qualis Petrus Appo. illustriũ ueterũq; medicorũ quisquã ad has causas circuitũ febriũ rettulit. Primus hoc tentauit Petrus Apponensis homo cõgerere plura natus q̃ digerere: quẽ quidẽ indoctiores ubi nugatur magis ibi soliti impensius admirari.

Caput XVIII Infœlicitatẽ octimestris partus Saturno nõ esse ascribẽdã.

d Vm tractamus hæc uenit in mẽtẽ solere astrologos infœlicitatẽ octimestris partus ascribere Saturno: de quo dicendũ hoc loco: sed breuiter est: ne nõ redarguta uideat̃ nos cogere: ut uel iuiti cõcedamus hostilissimorũ syderũ radiis nos apprehẽdi. Q d̃ ut uolẽs cõcedo: ita nõ illud uolẽs ideo apprehendi nos ab illis ut teneamur: qppe illabi de cælo ita sentiã ut nõ putẽ ab eo noxiũ qcq̃ puenire. Sũma igit̃ hæc est/ fallunt̃ astrologi si credũt ideo natos octauo mẽse nõ uiuere: qa singulis uteri gerẽdi mẽsib9/ singuli planetæ præsint. & ppterea q primo/ idẽ octauo mẽsi Saturnus dñet̃/ planeta frigidus & siccus hoc ẽ q̃litatib9 uitæ cõtrari9 primũ.n. & illæ p manus traditæ planetarũ dñandi uices rõnẽ nõ hñt: ut alibi suo loco dicet̃: & q̃ octimestris part9 nõ uiuat oĩno rõnẽ aliã hẽt. Sũt q opinent̃ fœtũ septimo mẽse conari ut egrediat̃/ & in conatu lædi: q si octauo exit: utpote nõdũ restitutũ suæ incolumitati/ uiuacẽ esse nõ solere: sed Hippocrati potius accedo q tractatu quẽ scribit de octimestri partu cãm cur plerũq; nõ uiuat/ hãc esse ait q̃ eo mẽse difficilis sit uteri gestatio. Tũc.n. grauius se hr̃e prægnantes: & in matrice nescio quæ pati grauia & incõmoda: & si pariãt duplici labore oppressas & part9 & ægritudis/ infirmissimas fieri: uñ necessario ipse quoq; fœtus imbecillior factus/ raro diu uiuat. Attestat̃ huic sentẽtiæ q̃ si quæ iueniunt̃ uegetiores ualidioresq; fœminæ solẽt octauo etiã mẽse parere uicituros q̃les in Hispania inueniri scribit Auicẽna & Aristoteles in Aegypto. Verba ipsa Hippocratis sup hac re Græca subieci: ne qm̃ liber hic uulgo non habetur fictũ crederetur a nobis περι οκτα μηνιου γενεσιν φημι: & quæ sequuntur.

Hippo.

Caput XIX Cur nautæ/ medici/ agricolæ/ uera sæpi9 prædicãt q̃ astrologi.

t Ria fere erãt in illa secũda astrologorũ ratiocinatione obiectamẽta: primũ a mutationib9 inferiorũ ex Solis Lunæq; cursib9: unde colligebãt: & actionẽ ĩ nos syderũ aliorũ: & mutationẽ rerũ aliarũ ab illis esse cõiectãdã. Secundũ testimonio bonarũ artiũ medicinæ/ agriculturæ/ nauigatoriæ: quæ suis opibus astrologicas adhibẽt obseruationes. Et horũ ita utrũq; reiecimus ut hisdem telis eos repũgeremus/ oñdentes ut pauloante dicebamus: ex opib9 Solis & Lunæ: & ex illarũ artiũ obseruationib9/ potius colligi qd negãt: q̃ q̃ affirmãt. Restat tertiũ q̃ ab earundẽ artificum uulgi ipsius prædictionibus sumebat̃: quasi nimis essemus iniq: q nullã futurorũ præcognitionẽ cõcederemus astrologis totius cæli peritis q̃ rudia magisteria: & de populo quis interdũ etiã assequatur: ita multa de pluuiis/ de ægritudinib9/ de pecorib9/ de ãnona quotidie prædici uulgo cũ euẽtus fide uidemus. Cur nõ igit̃ inquiũt q cælestes causas exploratius norũt: & illa rectius: & alia poterũt secretiora prædicere: hoc est q̃ in præsentia nobis diluẽdũ est: ĩmo ut cõsueuimus reiiciendũ in eos qd̃ apte nullo negocio breuiter expediemus. Nã si uera prædicunt̃ ab illis nulla habita tñ rõne præceptorũ astrologiæ: qs nõ dixerit aut leuẽ esse cõiecturã: esse illa quæ omittũt/ quæ ignorãt: nõ necessaria: sed supflua: nõ secretiora/ sed falsiora: nõ dogmata/ sed figmẽta. At falluntur aliqñ inqt Ptolemæus q astrologica nesciũt: qd̃ q̃ astrologi sæpius. Conficit̃ igit̃

ut astrologi minus astrologica teneãt/q̃ q astrologi nõ sunt. Neq;.n.põt hoc dene/
gari/magis ad fidẽ rñdere quæ dicũt medici de ægris:agricolæ de ãnona:nautici
de tẽpestatib9:pastores de pecorib9:q̃ quæ de hisdẽ reb9 ab astrologis prædicũt.
Ratio statim in ꝓmptu est:qñqdẽ astrologus signa respicit quæ nõ sunt signa:cãs
speculat quæ nõ sunt causæ:ꝓpterea fallit. Respicit.n.cælestem dispõnẽ quæ cã
tm̃ uniuersalis non efficit uarietatẽ inferioꝝ/nisi pro materiæ cõditione causarũq;
efficiẽtiũ inferioꝝ. Tamẽ nec cælestis illa dispõ quã respicit:sed ficta ab eo in cæ/
lo dispõ ꝑ uanissimas regulas & cõmentitias:nõ natura/sed arbitrio cõstãs astro/
logoꝝ:siqdẽ ut demõstrabimus/non hominũ ille pater & deoꝝ deus in cælo fecit
imagines/signa/partes/antisia/dodecathemoria/dom9/& hmõi/alia qb9utunt:
Sed in cælo mentitus hæc est/hominũ deceptor/& deoꝝ infamator astrologus.
Proptereaq; nihil mirũ si nullã rẽ futurã certa rõne prænoscere ista ars põt. Artifi/
ces aũt quos memorauimus ueris & naturalibus ꝓpriisq; ac ꝓximis causis indi/
ciisq; nitunt:& ideo raro excidũt a ueritate. sed ueris præsensionibus futuroꝝ:&
fidẽ suis methodis faciũt:& cũ ꝓuentu bonaq; fœlicitate suas artes exercẽt:Lege
libros ꝓnosticoꝝ Hippocratis:nũq̃ illum inuenies ægri statũ futurũ inter sydera
quærere:ut qui sciret hæc magis ex lotio quæri q̃ ex astro & de pulsu uenaꝝ/q̃ de
motu sphæraꝝ certi9 præcognosci. Periti gubernatores nõ ex Ioue/Saturno/Ve/
nere/Marte/Mercurio/præuidẽt tẽpestates:sed de nube:de uentis:de omni aeris
cõditione:atq; eoꝝ hæc solers disciplina expimentis ubiq; cõfirmata:de spiraculo
tenuissimi flatus:de nubecula uix cõspicua tẽpestatẽ ĩtelligit ĩminentẽ/cuius nul
lum præsagiũ/nullũ signũ adhuc patebat oculis alioꝝ. Nec solũ uenturã intelli/
gant:sed qua parte futurũ ut excitet:qũo declinari:qũo supari possit ad quæ sa/
pientia oĩs astrologoꝝ ꝓrsus caligabit. Sic pastores agricolæ:& ipsum sæpe uul/
gus ineruditũ/statum aeris præcognoscũt:nõ a stellis sed ab aeris ipsius dispõne:
atq; his quæ in sublimi impressionib9 fiũt. quare raro fallunt:aerẽ.s.ex aere:sicut
medici ægrum ex ægro præiudicantes:hoc est ex ꝓpriis principiis:nõ qđ faciunt
astrologi ex remotis & cõmunibus uniuersalibus:imo/qđ peius est/fictis imagi/
nariis fabulosis. Quare nemo putet futurã agricolationẽ meliorẽ/medicinã effi/
catiorẽ/nauigationẽ tutiorẽ:si tractent hæc ab hoĩbus astrologica ꝑcallentib9 &
obseruãtib9. Quin hæc potius tabes & abolitio foret illaꝝ artiũ:dum a certis re/
gulis ad incertas:a ueris ad cõmẽtitias euocarent:& ꝑmixtionẽ falsoꝝ dogmatũ/
oĩs iam cõperti expimẽti soliditas/ueritasq; labefactaret. id qđ nõdũ rõnibus in/
tellectis qbus astrologiæ uanitas innotescit/ex eo ꝑsuaderi satis põt:qđ inter ini/
tia opis diximus:summos eaꝝ artiũ magistros:& in illis tractãdis apprime fœli/
ces/nõ mõ adhibuisse suis opib9 astrologicas obseruatiões:sed eas uel cõtẽpsisse/
uel ẽt cõfutasse. Columella quẽ alibi quoq; citauimus ille rei rusticæ scriptor exa/ Columel
ctissimus/quo loco traditurus est præcepta tẽpoꝝ obseruãdoꝝ/meminit suæ lu/ la.
cubratõis aduersus astrologos:& uera inq̃t hæc quæ nos pingui Minerua tracta/
uim9:falsa uero quæ ĩprudẽtissime Chaldæi pollicẽt:alibi quoq; a nobis cõfuta/
ta:q̃re colligẽti sic Ptolemæo multa præuidẽt de statu aeris agricultores:igit nos
plura certioraq; q̃to illis cælestiũ reꝝ cognitiõe præstamus:negabit Columella eẽ
in cõsecutiõe ueritatẽ:qm̃.s.hoc astrologicũ sape quo agricolis præstãt nõ est sa/
pe/sed desipe:hoc est nõ plura q̃ illi sciũt:sed plura fingũt magnitudine reꝝ circa

quæ mentiunt pfessionis ludibriũ prætegẽtes: quã indubie cũ aliis honestissimo loco uita recepisset, si tã bonas artes, tã necessarias: agricolationẽ: medicinã: nauigatoriã redderet meliores: sed deprehensa sæpius uanitas & fallacia a prudẽtissimis legũlatoribus eos coegit ut seuerissimis interdictionibus illã ciuitatibus eliminarẽt: ut primo libro declaratũ a nobis: ne simul & bonas & mẽtes & artes: occultissimis suis uenenis inficeret: quæ q̃tũ ab gregariis his quas dictabam9 artib9 in futuroꝝ præsensione uincat: uel hinc inotescat: q̃ inter nauticos & agricolas, & pastores, de eoꝝ pnosticis mire cõuenit: inter astrologos nihil: adeo ut nihil dubitet Aboasar iter capere nõ petasatus: quo die Ptol. aquaꝝ eluuiẽ denunciauerit.

Caput XX Nõ oĩa quæ ab astrologis prædicũt de primis q̃litatib9 depẽdere.

Excutere iã uolumus quæ de primis possint q̃litatib9 depẽdere: qñ id tertia astrologoꝝ rõ exposcere uidebat: & Ptol. nõ alia uia quæcũq; fiũt fieri pbat a syderib9 qd apotelesmatici eius libri declarãt: & astrologi oẽs huc se semp recipiũt quotiẽs aut nihil supstitiose dici a se defendũt: quodq; p naturæ uestigia nõ pcedat: aut nihil rursus cuius reddi manifesta rõ non possit. Fere enĩ ad has cõfugiũt q̃litates quotiẽs cur hæc Iuppiter: illa Saturnus: alia alius faciat planetaꝝ, interrogant: in quo illos & sibi & ueritati parũ cõsona loqui parte opis ea monstrabit qua rõnes astrologici dogmatis refellunt, frustra uero pfugiũ hoc illos sibi parare præter ea quæ dixim9, multa quoq; declarãt: Inter quæ illud primũ occurrit, futurũ ut in fati sortitione plus anni tẽpus faciat quo qs nascat: q̃ quæuis alia diuersitas cõstellatiõis, siqdẽ plus quoq; facit ad intentionẽ remissionemq; primaꝝ q̃litatũ: q̃ quæuis alia uel positio syderꝝ, uel mixtura radioꝝ: Adeo semp æstiui dies hybernis calidiores, etiã si q̃tũ uis æstate rigeat, torpeatq; Saturnus. Cõtra semp æstiuis hyberni frigidiores etiã cũ ardet Mars: medioq; furit flãmatus olympo. Q d si fati dria orit frigore & calore siccitate & humiditate plus minusq; uigẽtibus: Sequit oĩno dãnatos etiã semp frigido fato qcũq; nati hyeme fuerint præ his q nati fuerint p æstatẽ, præsertim si (qd illis est necessario defendũ) plus hãc aeris sic affecti cælitus q̃litatẽ q̃ seminis & materiæ pximæ cõditionẽ sequunt. Præterea si tuet hoc Ptolemæus qd ẽ illi pro fũdo naturalis astrologiæ, ut p primas q̃litates reliq̃ faciãt radii planetaꝝ: nõ debet ĩ hoĩum genituris aut mores aut fortunã aliũde uaticinari, q̃ ex ea cõstellatiõe quæ corporis habitũ facit atq; demõstrat: qñ hic oĩa cõsequant. Et pariter ĩ uniuersalib9 uaticiniis una erit res inspiciẽda, qs futurus aeris status: hoc inspecto reliq̃ patefiẽt. Siquidẽ pro caloris & frigoris, pro siccitatis humiditatisq; mõ cætera disponunt. At nõ ita uel alii uel ipse Ptolemæus, cũ sæpe quæ de morib9 in priuata genesi: quæ de fortuitis casib9 dicũt, minime corporis tẽpamẽto rndẽt ea rõne qua solẽt ad hos cætera referri. Nec quæ de tẽpestatib9 anni totius his cõgruẽt: quæ de morib9, de pestilentia, de ãnona, de bellis pnũciabũt: q̃re, s. a diuersissimis ista cõstellationib9 inuestigant: qd legenti tũ astrologicos libros: tũ astrologoꝝ uaticinia haud difficile cõstabit. Nõ igĩ suæ supstitiõi faciẽ hãc prætẽdãt honestamẽtũq; methodi naturalis: ut eatenus se subiicere res hũanas syderib9 dicãt: q̃ten9 aeris corpisq; dispositio in q̃litatib9 primis à cælo depẽdet. Nã hoc qdẽ ingrediẽs artẽ asserẽsq; eã q̃si possibilem dixit Ptolemæus: sed in pcessu explicatuq; dogmatũ nec obseruauit, nec potuit saluis pfessionis iurib9 obseruare. Alioqn qd dicebã paucis cõstaret astro-

Prima rõ

Secda rõ.

logia: cui tm̄ de aeris dispōne & habitu corporꝝ foret dicēdū. Reliqua ex his paucissimis datis regulis quis e medio sibi cōiectaret. Sed & innumera sunt in Ptolemæi libris & aliorꝝ quæ de materiæ q̄litatib9 primis originē ducere nullo mō pñt.

Caput XXI Nec noxas elementorꝝ: nec damna nr̄orꝝ corporꝝ esse a cælo.

EX his quæ modo diximus illud facile reiici pōt qđ tertio loco ad astrologiæ assertionē supra in mediū afferebat: Nam cū dicit si mutationes aeris a syderibus: igitur & pistilentiæ cataclismi & exustiones, & caritas annonæ. Negamus: neq; n. sequit: imo hæc qui dicit: qd sit cælū ignorat: nā quid aliud ipsum in natura tota corporea, q̄ in particulari quolibet corpore ipsa uis cōtinens totū ne diffluat, ne dissoluat. Qđ cor in aīali fons uirtutis illius, q̄ seruat integritas ordoq; mixturæ, & mēbrorꝝ inuadentiū iniuria ꝓpulsat: sciat igit qui excessus elemētorꝝ unde incēdia & cathaclismus cōtingit: Vnde caritas morbi ac pestilentiæ, cælo refert accepta: nō aliter errare, q̄ qui nr̄i corporis morbos, uicia, causationes, in ipsam regentē corpus naturæ refert potestatē: cuius est illa curare, nō facere, sopire nō excitare. Quæ si sūt uera patet aliud. Itē esse q̄litates primas, aliud q̄litatū primarꝝ recessus & detrimenta cælitus fieri, nisi negemus aliud esse iura & magistratus oēs ciuitatis, aliud qđ in illis delinquit ope boni pricipis originē trahere. Vt igit philosophus dederit qcqd est in elemētis ordinariū & uaturale auctorē hr̄e cælū: nescio tñ qua rōne sit cōcessurus etiā inde esse ꝙ deficiūt, ꝙ naturæ præscripto & legib9 uariāt, cū sit potius illud philosophorꝝ dogma ꝙ elementa maneāt intra fines & suo iure cōtenta negociū mūdo nō facessant a cælesti esse natura regente & moderāte fluxibilem & erraticū numerꝝ rerꝝ corruptibiliū. Obiectio

Sed inqes qñ mihi concesseris alias stellas facere frigiditatē, alias caliditatē: nōne sequit illud? Vt frigidis stellis prædominātibus, elemēta frigida inualescāt: calidis calida. Qđ si dicit nō eueniat etiā: ut cōcursu magno frigidarꝝ cōstellationū frigiditas ita aquarꝝ exuberet: ut eluuionibus terra mergatur. Cōtra calidis ualde potētibus, fiant exustiōes. Facilis rñsio nec una tm̄ primū de dominatu planetarꝝ atq; signorꝝ quæ finxere astrologi: ut falsa sint postea demōstrabit. Quid inq̄ ita planeta quisq̄ imperabit cælo: ut in hoc mūdo ꝓdigiosa ꝓducat præsertim mala? Cum cæli opus ex omniū luminū cōspiratione dissultet: ita tota illa supior semp tēperat armonia: ut sicut in ipsa oīa cōsonāt: ita per eā nihil dissonet unq̄ in inferiori mūdo: in quo quotiēs in cōcinnū asperꝝ, discors audit, ad tactū cæli ne referatur: sed ad q̄ttuor istas chordas citharæ sublunaris quæ de inordinata materia: impuraq; cōtactæ cælesti plectro ad numerū illas semp cōcordiāq; mouente, cōtumaces interdū inueniunt. Post hæc subtilius cōsiderandū est: si præfecta uariis elemētis uaria sydera sunt: ideo esse præfecta ut perficiant elementa ipsa. Quare erit quodlibet elementū tacto pfectius? q̄to præses stella fuerit potētior: ꝙ si perfectio partiū perfectioni totius nō repugnat: imo cū toto partes labefactant: non pertinebit ad elemēti perfectionē: ut natura transgrediēs ordinē occupet cætera. Sed tūc erit perfectū cū ab ordine cursuq; naturæ nihil deflexerit: a quo certe deflectere tā pōt excedendo q̄ deficiendo. Quo circa si præsit igni Mars, qñqdē in subiectā qualitatē fieri nihil cōuenit a stella: qđ ordini bono naturæq; legibus nō cōsentiat: nō minus compescere tumultuantē, q̄ suscitare torpentē cælestis præfecturæ officiū fuerit. Potest igit id concedi ut sint quattuor primæ q̄litates a cælo:

Prima responsio.

Secūda.

Tertia.

nec tamẽ hoꝝ delicta/trãſgreſſiones/tumultus a cælo ſint:ſed a materiæ motibus inordinatis/cæleſtis diſciplinæ legibus uſq;quaq; nõ obſequẽtis: Vt ꝓpterea credã nec Platonẽ nec Ariſtotelẽ in Timeo:uel in Metheoris iſtas elementoꝝ tyrãnides tẽporarias/ad cõſtellationũ uim ullã unq̃ rettuliſſe. Cõſtat aũt & dictis nõ modo noxas elemẽtoꝝ:ſed & eadẽ rõne dãna corpoꝝ nr̃oꝝ/cæterorũq; animãtiũ in cælo cauſas nõ hr̃e. Q d' qdẽ & potiſſimũ inter oĩa corpora/& ordinis & beneficentiæ titulis inſigne nec ea debet efficere quæ ſunt opa potiꝰ tumultuãtis materiæ uel deficientis:q̃re qd' de elemẽtis diximus:licet de humoribus itidẽ dicere in nr̃o corpore illis rñdẽtibus:ſi præeſt atræ bili Saturnus:Mars rubræ:alius ſanguini/pituitæ alius:nõ aliud magis hoꝝ planetaꝝ opus q̃ frenare has q̃litates & continere ſub cõcinnã uitæ diſpoſitionẽ. Nec cũ præpotens erit Saturnus ſuſcitabitur atra bilis:ut reliquos ꝑdat/totũq; labefactet:ſed ordinatius/cõpoſitius/melius ſe habebit. Idem de rubra dicendũ/cũ regnauerit Mars:qñquidẽ illoꝝ radii/& natura ſua benefici ſint/ac ſalutares:nec agũt inſtar ignis:ſed quẽadmodũ calor inſitus nobis uegetalis/animæ manu recte operat' ad finẽ certũ pro ſalute uiuentis: ita lumina illa uitalia intimæ mẽtis ſuæ animi organa/nõ ad pernitiẽ unq̃:ſed ad cõmodũ corpoꝝ ſubditoꝝ & beneficentiã agũt/Saturnus in atrã bilem(ſiquidẽ illi præeſt)nihil unq̃ nõ ordinatũ:non uiuificũ influet:quare nõ excitabit illã ad exitiũ aĩalis:ſed moderabit' ad cõſeruationẽ. Nec habebũt a ſtellis ſuis humores/cũ illæ præualuerint/quo magis & uiolentius agant:ſed quo moderatius atq; uiuacius. Nũq̃ mors a cælo:ſed a materia cũ uitio ꝓprio/quæq; q̃litas ita degenerauerit:ut præfecti ſyderis diſciplinã non ſuſtineat:ſed uel euagetur ĩmodica/uel remiſſa deficiat. At nr̃i diuinatores/qui ſe cæli ſicut interpretes ita pr̃onos & defenſores faciũt:non tã morbos irritatu nimio primaꝝ q̃litatũ:ſed & uitia ipſa cæcitatẽ/ſurditatẽ referũt ad ſtellas:& q d' eſt deteſtabilius etiã ipſa mõſtra:quo nihil dici/nihil cogitari põt abſurdius. nã qd aliud monſtra q̃ peccata naturæ? Hæc aũt nemo unq̃ philoſophus rettulit ad efficientẽ cãm/præſertim indeficientẽ oẽs ad materiã. Nec ita quiſq̃ delirauit/ut diceret monſtrificos partus culpa fieri uirtutis informãtis. Q uæ.ſ.dei acta manu nihil delinquat/ſed accuſant materiã ſitu uel quãtitate/uel q̃litate/male formabilẽ & opifici ſuo contumacẽ atq; rebellem. At longe maior inſania cæli uirtutẽ damnare q̃ ſeminis. Q uæ tanto minus errare põt atq; deficere q̃to ipſa natura potẽtior/& domina & artifici iunctior/a quo nõ aliter q̃ ꝑ ipſum iſta ſeminaria uirtus inferior regit' atq; format'. Nimis igit' q̃ abſurdũ putare cæleſtiũ motus & cõfigurationes(ſi modo uariãt iſtæ cõfigurationes efficiẽtiã planetaꝝ aliter unq̃ ire atq; cõponi:q̃ naturalis tenor & curſus exigit ordinatus reꝝ inferioꝝ. alioqn naturæ iſte ordo cuiꝰ trãſgreſſio mõſtrũ ubinã ſedet? ubinã habet originẽ? ſi nõ hæc in cælo? aut qũo ſuã ſatis uocẽ audiũt? quo rẽ malam/inordinatã nõ naturalẽ/cuius origo uitiũ & infirmitas/primis aſcribũt naturæ cãis/oĩum optimis/ordinatiſſimis/& potẽtiſſimis. Vere ergo dixit Auer. q crediderit Martẽ aut ſydꝰ aliud quoqũo diſpoſitũ nocere corpibꝰ/aliena credere ab oĩ phĩa. Sed ita ẽ certe nulla ꝑfeſſio cælo magis iniuria aſtrologica ſupſtitiõe: quæ qcqd a nobis fit præter rõnẽ culpa uolũtatis/qcqd in materia euenit præter ordinẽ uicio temeritatis/labiliſq; materiæ :id totũ ſyderibꝰ ambit imputare:nec putat illoꝝ ſaluã dignitatẽ:ſi nõ illis indigniſſima quæq; accepta referantur.

Plato: Ariſtote.

Dãna noſtroꝝ corpoꝝ ĩ cælo cauſas nõ hr̃e.

Mors nõ eſt a cælo

Auerois.

Caput XXII Ingeniorum & morum uarietatem non omnino pendere a primis qualitatibus.

Erumeniuero si nõ faciũt sydera malas corporũ affectiones ipsas saltẽ cor
u porũ faciũt diuersitates: nõ morbosas: nõ uiciosas: non causarias: sed intra
fines integritatisq; naturæ media inter se tẽpamẽti rõne distãtes. Sequẽs
.n. hoc uĩ oĩno ut si primarũ quattuor qualitatũ sydera sunt auctores: ut. s. a Satur
no nascant̃ siue cõcipiant̃ corpora sicciora & frigidiora/calidiora sub Marte: hu/
midiora sub Venere: atq; ita de reliquis: quã tẽperamenti diuersitatem solet diuer/
sitas ingeniorũ & affectionũ animi cõsequi: nõ qbus cogamus: sed qb9 irritemur.
Sed hic postea locus latius ptractabitur. Illud aũt uideamus: an ĩgeniorũ & morũ
hinc nasci dissimilitudo possit. Nã ut aliquo modo uerũ/falsum tñ aliqua ex pte.
Cõsequit̃. n. q̃litatũ in corpore prepotentiũ modus quoq; nõnihil affectionũ/ut p
niores ad iram bilis efferuescens segnes pituita: sanguis hilariores: tristes atra bilis
efficiat. Sed hoc oppido q̃ generale nec euidẽtiæ semp rñdet: nec satisfacit occul/
tioribus qbusdã/& maxime ppriis ingeniorũ cõditionib9. Dixi nõ semp euidẽtiæ
respondere/quoniã est interdũ inuenire hoĩes tempamento corporis q̃ simillimos:
studiis tamẽ nõ quæ fecit electio: sed naturæ ppensio dissimillimos. Vidi ego sub
uirginea facie ferinã immanitatẽ: sub truci uultu & aspernabili: mitem & amabi/
lem mansuetudinẽ: Alios frontis gratia/orisq; uenustate: lætitiã perpetuã prefe/
rẽtes/intus æstuare mœrorib9: & sibi esse fastidio, Alios quos tu iudices plane Sa
turni esse mãcipia/hilaritatib9 atq; facetiis oĩa serenare/quæ possunt alias a pri/
mis qualitatib9 uires germina cõsequi cõsensu fere philosophorũ: hoc est quæ nec
primæ illæ quattuor: aut filiæ aut apendices sunt. Ad quas etiã multa referri pla/
ne nõ posse quæ de morũ diuersitate uaticinant̃ astrologi paulo post declarabim9.

Caput XXIII Neq; bella neq; externa a primis qualitatibus pendere.

Llud uero nimis ridiculũ si possunt sydera facere frigus æstũ aliasq; q̃li/
i tates: posse etiã bella/seditiões: posse urbes euertere/ĩpiaq; pmutare, Nec
minus positioni ridicula ratio. Nã excitata inquiũt bili incorporib9 re/
gũ & principũ æstu animi flagrãtioræ fiant auidiores iniuriæ uel reponendæ uel
inferẽdæ. O beatã Italiã & ppetua pace florentẽ: si pituitosos habere tibi principes
liceat/magnũ hoc bonũ atq; diuinũ paruo cõstare potest: unciola una lecti phar/
maci bilẽ educentis si rite principibus diuidat̃ his qui magis bellicosi totũ nobis
pacabit orbẽ. Hæc quis cõfutet potiusq̃ irrideat̃ quasi hæc demũ bellorũ cã quasi
ne magis auaritia q̃ ira: nõ cupido: nõ occasio spesue potiundi. Non simultates &
odia quæ sunt apud astrologos a Saturno potiusq̃ a Marte. Nõ interdũ amor ipse Bellorũ
iustitiæ bella suscitent atq; tumultus: quasi non sæpius sit aĩus regũ pro bile deus. cause.
